



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

139. Cur non communicant viri cum adulteris uxoribus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Si laicus cum laica femina fornicatus fuerit.

Ex eodem.

CXXXVI. Si laicus cum laica femina,
id est, uterque absolutus à lege conjugij, tres
annos pœnitentia; & quanto sæpius & negle-
gentius ea peccata commiserunt, tanto magis
& tempus addatur & modus pœnitentiae.

Burchard. lib.
9. c. 68.

De conjugato qui sæpius fornicatus fuerit.

Ex Concilio Heliobitanus.

CXXXVII. Si quis fidelis habens uxo-
rem non semel sed sæpius fuerit mœchatus, in
fine mortis est conveniens. Quod si se pro-
misserit cessaturum, detur ei communio. Si re-
fuscat, rursus fuerit mœchatus, placuit
ulterius non illudere alios de communione
pacis.

Concil. Eli-
ber. c. 47.
Rhab. epist.
ad Heribald.
c. 22.

De eo qui lapsus semel est. *Ex eodem*

Concilio.

CXXXVIII. Si quis fortè habens uxo-
rem, semel fuerit lapsus, placuit per quin-
quennium agere de ea re pœnitentiam, & sic
reconciliari, nisi necessitas infirmitatis coëge-
rit ante tempus dare communionem. Hoc &
circa feminas observandum.

Concil. Elibe-
rit. c. 69.

Cur non communicant viri cum adulteris

uxoribus. *Ex epistola Innocentij*

Pape.

CXXXIX. Et illud desideratum est sciri,
cur communicantes viri cum adulteris uxori-
bus non convenient, cum è contrà uxores in

Decreta In-
noc. I. c. 24.
Rhab. epist.
ad Heribald.
c. 21.

R. iiii

Burchard. lib.

9. c. 77.

consortium adulterorum virorum manere videantur. Super hoc Christiana religio adulterium in utroque sexu pari ratione condemnat. Sed viros suos mulieres non facilè de adulterio accusant, & non habent latentia peccata vindictam. Viri autem uxores adulteras liberis apud sacerdotes deferre consueverunt. Et ideo mulieribus, prodiit earum criminis, communio denegatur. Virorum autem commissio latente, non facilè quisquam ex suspicionibus abstinetur; qui utique submovebitur, si ejus flagitium detegatur. Cùm ergo causa par sit, interdum, probatione cessante, vindicta ratio conquiescit.

Si conscientia marito uxor fuerit mœchata.
Ex Concilio Heliopolitanus.

Concil. Eliberit. c. 70.

Burchard. lib. 9. c. 69.

Vide Leg.

Longob. lib. 1. tit. 32. c. 6.

C X L. Si conscientia marito uxor fuerit mœchata, placuit nec in fine dandam ei communionem. Si vero eam reliquerit, post decem annos accipiat communionem.

Si quis cum Judæa vel gentili mœchatus fuerit. *Ex eodem.*

Concil. Eliberit. c. 78.

C X L I. Si quis fidelis habens uxorem, cum Judæa vel gentili fuerit mœchatus, à communione arceatur. Quod si alius eam duxerit, post quinquennium, acta legitima pœnitentia, poterit dominiçæ sociari communioni.

Editio Helmstädtiensis & codex MS. Parisiensis constanter legunt eam duxerit. Apud Rhabanum vero in epistola ad Heribaldum cap. xxvi. eum duxerit. Consensus iste fecit ne eam lectionem mutaremus. Nam sus-